

nis, *vir sicut*
s etiam ita
erum gene-
ssessivo et
cum prae-
interrogas:
aliis pueris?
e primario

tivus interdum repraesentari potest per formam ordinariam. Insuper forma ordinaria et secundaria non alligatur solummodo nominibus, ut casus ad sola nomina pertinent, sed extenditur ad omnia vocabula, exceptis quibusdam coniunctionibus. Demum forma ordinaria et secundaria eatenus usurpatur ad evitandam ambiguitatem sermonis, quae oriri potest ex defectu casuum; quatenus ad omnes cuiusvis generis ambiguitates in sermone praecavendas destinata est.

io proprie
tale is.

usativi et
nominativi
is verbum
m per ver-
cedit actio
In lingua
r duplicem
i, alteram
i praestat
aria idem
rem ex-
t formam
eius fuit:
in forma
es: titkat
vir occisus

exhiberi
blativum
a prima-
tivum, et
blativum.
vel abla-

Casus genitivi defectui ksanka optime suppleunt pronomine possessivo. Etenim loco dicendi ex. g. *filius Petri*, dicunt *filius eius Petrus*, vel *Petrus filius eius*. Ista locutiones Latinae male sonant, quia nomen Petrus est in casu nominativo; quod si posset efferri nomen Petrus absque ullo casu, ut fit in lingua ksanka, eo ipso offensio aurium omnino cessaret.

Defectui casus dativi multipliciter suppleunt ksanka medianibus particulis insertis in verbo. Ista particulae possunt considerari veluti totidem signaculus dativi. Praecipua harum particularum est *kts*, quae commodum vel incommodum significat. Sic e. g. dum verbum *unamati*, significat simpliciter *do*, *alieno*, (*do via*); verbum *unamati-ktsi*, significat *do alicui*; ita ut nomen, ad quod refertur eiusmodi verbum, ex ipsa forma verbi intelligitur esse in casu dativo; unde habes *unamati-kts-i nasukwin*, *dedit duci*. Particula *Kakil* quae significat *in* etiam potest considerari ut signaculus dativi. Sane si eiusmodi particula inseratur verbo utsganatagamik, *confiteor peccata mea*, poteris dicere: *ukwakiltsganatagamik kamkokukulkatwumlat*, *confessus sum peccata mea in presbytero*; ubi *in presbytero* evidenter aequivalet dativo *presbytero*. Aliae sunt particulae quae se habent ut signaculus dativi, easque suo tempore cognosces. Ceterum vix usui esse potest casus dativus nisi ad significandum commodum vel incommodum.

Casus vocativus significatur vel solo nomine sine addito, e. g. *aklsmaknik*, *o homo*; *kaakalt*, *filii mei*, et ex contextu et circumstantiis sermonis dignoscitur; vel nomini praepositum participium *kinin*, *tu qui es*; locutio enim e. g. *tu qui es Petrus*, aequivalet alteri *o Petre*. Quando usurpatur participium *kinin* pro casu vocativo, solet ad